Br. Don Salvador Falla.—

SEMPER ATQUE SEMPER PATRIÆ FASTIS
PROBORUMQUE ANIMIS EXTITURÆ MEMORIÆ
ET NUNQUAM E CORDIBUS ALUMNORUM DELENDO NOMINI

PETRI JOSEPH VALENZUELA

MUNIA UNIVERSA CIVILIS STATUS CUM LAUDE FUNCTI
OMNES SCIENTIÆ LAUREAS QUAM GLORIOSIUS ARREPTI
JUSTITIÆ, FIDEI INTEGRITATIS ACRITER STUDIOSI
CUNCTIS HONORIS ET SAPIENTIÆ CŒTIBUS
INTER PRIMOS ADSCRIPTI

ALEXANDER ALOYSSIUS PACHECO

PIETATEM IN ILLUM TESTANDI DESIDERIO FLAGRANS
PRIMAM LAURUM IN CIVILI JURE ADIPISCENDAM
DEVOVET
VELUT AMORIS ET GRATITUDINIS LACRIMAM
UNIVERSALI FLETUI PERMIXTAM
QUO TANTI AC TAM PROBI SAPIENTISQUE VIRI
CUNCTI SOCIETATIS ORDINES
FUNUS IRRIGARUNT.

SEQUENTEM PROPOSITIONEM ROBORE FIRMARE AGGREDIETUR

**RATIO NON EST CUR ADHUC VIGEAT QUARTA
FALCIDIA, IDEMQUE DE TREBELLIANICA DICENDUM,
CONTRARIUM VERO DE QUARTA MARITALI
DICTA, AFFIRMANDUM.**

APUD STI. CAROLI PATRIAM ACADEMIAM.

HORA IX. DIE XXI MENSIS SEXTILIS ANNO MDCCCLXV.

Dr. Faifan,
Rect.

L. Colom,
Cath.